



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimi q[ue] viri  
Raymundi**

**Raimundus <de Pennaforti>**

**Colonie, 4.III. 1502**

**VD16 R 168**

Quare baptismus fiet in aqua munda

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31223**

# Folium LIII

**C**ircumstantia dubium est quod sit causa illud venerabile sacramentum baptismi debet fieri in munda aqua. Ad hoc responderetur quod causa huius est multiplex. Prima causa est talis. quia aqua est purum elementum et simplex. et cum deus gloriosus est simplex substantia. licet sit trinus in personis ideo ad designandum hoc tunc omnis qui baptisatur in nomine sancte trinitatis debet baptisari in liquore simplici scilicet aqua. et non alio liquore. quod alii liquores quodammodo sunt mixti. quod si declaratur. quia ipsa cereuilia est mixta ex aqua et farina hordei seu aliorum frumentorum. medo autem ex melle et aqua. oleum autem coprimitur ex diversis seminibus terre. scilicet ex canopo. ex papauere. ex nucib[us]. et sic de aliis. vini autem ex borris. et sic tunc per h[oc] modum liquores non sunt ita simplices et puri sicut aqua. quare sequitur quod baptismus debet fieri in pura aqua et non in alio liquore. Alia causa est talis. quod aqua est magis communis quam alius liquor. ideo ne aliquis habueret se excusa re de baptismate. ita quod dicat sic. vini fuerat numerus preciosum. et cereuile non potuit habere. ideo puer mansit imbaptisatus. Ne ergo illa occasio mala et absurdum allegetur tunc baptismus sit in numeri liquore scilicet in aqua. Alia causa videlicet tercua est ista. quod baptismus fuerat institutus tempore passionis Christi qui misericordia emanare sanguinem et aquam de eius venerabili corpe. ut patrem in capitulo Lii martyrum de celebracione missarum. Et ideo in signum huius tunc baptismus adhuc sit in pura aqua. Quarta causa et ultima est ratione efficacie. quia aqua habet virtutem purgationis et virtutem caloris reprehensuam. et virtutem transparentem. et virtutem imaginis susceptivam. et virtutem ignis extinctivam. Nam ipsa aqua primo habet virtutem purgationis. et hoc sic declaratur quia omne illud quod cum aliquo liquore alio maculatur illud cum aqua abluitur et per aquam mundatur. ut patrem de singulis. Et sic propter virtutes purgationis et purgat immundicias tunc baptismus debet fieri in pura aqua. quia recte sicut per aquam deletur immundicia. sic etiam per baptismum deletur peccatum. quod sonat immundiciam mortalem. Secundo aqua habet virtutem repressuam seu reprehensuam caloris. quod sic declaratur. quia frigiditas est propria qualitas aque. et ergo sicut per aquam reprimitur calor. sic per baptismum sive per aquam baptismatis reprimitur et mitigatur omne peccatum concupiscentie. quod peccatum multum abundat in calore. Tercio aqua habet virtutem transparentem. quod sic declaratur. quod sicut radices solares penetrant aquam. sic gratia divina per baptismum penetrat corpus et animam. Vel sic. quia sicut aqua est quoddam corpus dyaphanum et transparente. sic divina gratia nos circumdat et illustrat. Quarto aqua habet virtutem imaginis susceptivam. quia aqua suscipit imaginem ut appareat ad sensum. et sic illa imago que est deformis per peccatum originale. het imago reformatur vel renouatur per baptismum et mundatur ab omni peccato. Quinto et ultimo aqua habet virtutem ignis extinctivam. quod sic declaratur. quia sicut aqua extinguit ignem. sic similiter baptismus extinguit omne peccatum.

**C**ecundo notandum. dubitatur verum aliquis possit baptisari in terra. Et videtur quod sic. quia in illo posset aliquis baptisari in quo christus Iesus redemptor et salvator noster fuit sepultus. sed Christus fuit sepultus in terra. ergo videtur etiam quod aliquis bene et licite posset baptisari in terra.